



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Eginhartvs De Vita Caroli Magni, Animadversionibvs
Illvstratvs**

**Bessel, Friedrich
Reinhard, Johann Friedrich**

Helmestadii, 1667

Caput XIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10996

apud Goldastum; quam carmine reddidit *Vvalfridus Strabus anno etatis sue 18. ab Heitone Episcopo Basileensi, & Consiliario Caroli M. prescri- ptam.* Animadvertis tamen, visionem illam jam olim à *Iacobo Fabro Sta- pulensi, in volumine trium Virorum & trium Spiritual. Virg.* (quod ab *Henrico Stephano, Roberti parente, editum Parisiis, ann. 1513.*) productam, sub no- mine *Uguetini Monachi*, cuius verba, quoniam liber in paucissimorum est manibus, adscribam: *De Geraldo vero quodam Comite, dixit idem Angelus, quod in requie esset, gloria martyrum adequatus; zelo inquiens Dei in defensione sancte Ecclesie, infidelium turbis congressus, temporalis vita dispendia est passus, ideo aeternae vita particeps est factus.* Haec *Wettinus Monachus* fol. 18. b. Gerol- di hujus Epitaphium possederat idem Goldastus, ut videre est, ex fragm. Epi- stola ad *Velsen*, *Replicat. pro Imperio cap. 11. p. 115.*

CAPUT XIV.

- 1.* **B**ohemicum quoque & * Hilenicum, quæ * R. Bohemicum.
postea exorta sunt, diu durare non potuerunt: quo-
rum utrumque ductu CAROLI junioris, celeri fi-
ne completum est. † Ultimum contra Nordman- * MS. Li-
nos, qui Dani vocantur, primò piraticam exercentes, dein- nonicum.
de majori classe littora Galliae atque Germaniae vastantes,
3. bellum suscepimus est. † Quorum rex Godefridus adeo va-
na spe inflatus erat, ut totius sibi Germaniae promitteret
potestatem. Frisiā quoque & Saxoniam, haud aliter at-
4. que suas provincias aestimabat. † Iam Abotritos, vicinos
suos, in suam deditiōnē redegerat, jam eos sibi vestiga-
5. les fecerat. † Jactabat etiam se brevi * Aquasgrani, ubi * MS. A-
regis comitatus erat, cùm maximis copiis adventurum. quingrani.
6. † Nec dictis ejus, quamvis vanissimis, omnino fides ab-
nuebatur, quin putaretur tale quid inchoatus, nisi festi-
7. natā fuisset morte præventus. † Nam à proprio satelli-
te interfectus, & suæ vitæ, & belli à se inchoati finem * ac- * MS. ce-
celeravit. L. celeravit.

ANIMADVERSIONES

AD CAP. XIV.

Bohemicum quoque & Hilenicum) Bohemicæ Expeditionis hanc
causam